

# Arborū triū con- sanguinitatis. affinitatis. co-

gnatōisq; spūalis lectura notatu digna Magistri benemeri-  
ti Ricardi de woerda bonarū artū. necnō iuris catholici do-  
ctoris consuluissimi. sacrarūq; litterarū licenciati profundissi-  
mi. vna cū additionib; nouis Volentib; nodos quasi inextri-  
cabiles matrimoniū impediētes solerter scire necessaria (pa-  
storib; dñici gregis) nō minus vtilis q̄ vere oportuna

Pro arboris cōmendatiōe. Sebastianus Brant.

Sanguinis ista gradus: cognataq; iura docebit

Arbor: et a vetito polce cauere thoro.

Hanc studio optato disce ingeniose scholaris:

Quę bene si visa est: cōmoda multa feret.

Nam quę forte licent cognatos: quęve repellāt:

Nostra ramiferis frōdibus arbore habes.

Quippe prius nec te: iuris fortasse peritum.

Credideris: (q̄uis magna digesta legas)

Perspecti fuerint nostri nisi stipitis artus:

Dicere seu valeas quis sit vbiq; gradus:

Quod facile o lector (modo si ratione frueris)

Perficies: cepti nempe magister adest

Vtere foelici precor o iucunde sodalis

Ingenio: vt crescas arboris instar: age.



336

# Venerabili viro artium et phi-

losophie magistro Michaeli Schuab de Schongaw. contemp-  
neo suo Johanes Stehelin de Billings. S. P. exoptat. **L**itteras  
tuas pconcinis chare frater, admodum plurimis rhetorices flosculis exor-  
natas summa affectus alacritate cepi. Quibus in festinabundo suspiras tibi  
subueniri consilio. in conjugalis vinculi casibus. circa (que dno pascis) gregem  
indius atque pernox emergentibus. Intime frater ut nimis prolixitatis decli-  
nem fastidium. exiguum do tibi responsum. non tamen expolito quemadmodum tu  
vtilis fueris vtar et ego (in scititia phibente) calamo. **D**ubitare consuevis ma-  
rimonialibus in casibus. profecto ego vnatecum hesitare (magnitudine sacra-  
menti cogente) non lentescere. **M**atrimonium enim uero magni sacramentum  
est in ecclesia dei. c. debitum. de biga. non ordi. **E**cce. considera vim sententia  
duo hic dicitur. **P**rimum. matrimonium est magni sacramentum. ergo infero  
circa id periculum. quod circa maiora periculum fertur. c. Quiescamus. xlij.  
dist. et in. c. Ubi. de elec. et electi potestare dicitur. **U**bi maius periculum in-  
tenditur tibi plenius est consulendum. **C**urro pro reliqua. neque carere angustia  
patit diuini singul' immorari. **S**ecundum ergo. in. c. debitum statim dicto. **M**atrimonium  
est magni sacramentum in ecclesia dei. infero eatenus. **I**deo  
matrimonium est res ecclesiastica. sed rebus in ecclesiasticis maius animarum  
periculum est quam in alijs. ut patet per glo. super. c. Ex parte. de resti. spo. **T**er-  
tium. **F**ecitro ne longius morer. **H**ylce sup casibus. quia maturas consulere laudat  
do tibi quam maxime. sed quod me plusquam habere decreueris ea in re probro tibi  
do. quum tu me tam longe expeditior quam multo expeditior existas. **N**e ta-  
men scribendo casu sudaueris labore. id consilij persuasione atque doctri-  
ne quod mihi a deo optimo maximo est concessum tibi impartiri haud diffi-  
das. **P**resens magistri Hycasij opusculum (melioribus semper saluis) **V**ide  
ac attente lege iterum atque reuulere stude. reuera citius mihi defecisset dies et ho-  
ra. spiritus et lingua quam materia laudis digna. quod si feceris omni ambiguitatis  
scrupulo semoto. in breui temporis spacio puta in vniuerso mensis curriculo do-  
ctior euades. et in casibus te consulere cogentibus peruiolubilis eris. **I**amque  
bapiri breuitas calami figere coegit. forsan futuris diebus interiacens ter-  
rarum longitudo. clementique liquetis vastitas scribere phibebit. reliquum  
est ut sane valeas vir integerrime ac me tibi deditum fac deditorem. et de  
um pro me tuo omnibusque peste (quam deus auertat) laborantibus ora.  
**D**atum in Agrippine tercio nonas augustias anno salutiferi natiuitatis  
christi Millesimo quingentesimo secundo.

